

IOSEPHI LOPEZ EZQVERRA,  
PRESBYTERI CANTABRI  
ÆSOPOLENSIS.

LVCERNA MYSTICA  
PRO DIRECTORIBVS ANIMARVM.

QVÆ OMNIA PRORSVS DIFFICILIA,  
& obscura, quæ in dirigendis spiritibus evenire solent,  
mira dexteritate clarificat.

QVA CVNCTA AD SCIENTIAM MYSTICAM  
necessaria, rerumque supernaturalium quidditates,  
vbicationes, causæ, & effectus, breviter,  
& compendiosè clarescunt.

ET AD CALCEM IN GRATIAM DIRECTORVM BREVIS  
manuductio practica, iuxta huius voluminis doctrinam.

TYPIS MANDATA PER QVENDAM PRESBYTERVM  
*preselus Animarum cupidum.*



Caesar-Augustæ: Apud PASCHASIVM BVENO, Regni Aragonum Typ. Anno 1691.

# BEATISSIMIS

TOTIVS CANTABRIÆ TUTELARIBVS DIVO  
IGNATIO OÑEZ DE LOYOLA, Patriarchæ Inclyti Ordj-  
nis Societatis IESV, eiusque Divo Filio FRANCISCO  
XAVERIO, Orientis præclarissimo  
Apostolo.



NON grati pectoris egregium facinus rudi-  
que circumfusi (MËCENATES CAN-  
TABRI COELESTES) inclytos talas  
quæsitare Patronos; cum hæud solum ma-  
teries vobis debita iure, sed etiam Canta-  
bria nostra (imò & vestra) quidquid possidet, quidquid in-  
fluit, quidquid denique à suis genitris producit, vestro credi-  
tum obsequio, debitum cultui, & venditum beneficij, potius  
solvere habet, quam elargiri. Non ergo gratitudini, sed ju-  
sticie adscribenda venit huius operis affectuosa dicatio, quod  
à Concive vestro, à reverenti Filio, atque humillimo ser-  
vo, è thesauris Sacre Scripturæ, Sanctorum Patrum, & My-  
sticorum depromptum, vestris summatitur almis cothurnis.

TV IGNATI SANCTISSIME, Iesuitici Phalangis  
inclyte vexillare, qui è nostratibus à Nobilissima de O. &  
exortus progenie, primum armis terrestrem Orbem, deinde  
Cælestem precibus, & virtutibus tuis, tuorumque turasti, proie-  
cti nimirum, atque suspensis humane militie tegumentis,  
ac stelanis Mariæ ad pedes in Serrato Monte omninò ab li-  
catis, horridaq; Athanagrie Urbis deserta petens, la hymacii  
prostratus, & Contemplationis imbribus (ut iterum aundo  
restitutus uberius proficeres) tuum prius spiritum irrigasti.

APPROBATIO R.<sup>mi</sup> P. MAGISTRI  
Fr. Andreae de Maya & Salaberria, Cesaraugustane  
Universitatis Primarij Sacre Theologie meritisimi  
Moderatoris, Regis Hispaniarum Concionatoris,  
& Archiepiscopatus Cesaraugustani Syn-  
nodalis Examinatoris.

LUCERNAM hanc Mysticam, pro Directoribus ani-  
marum, licet aciem suam impari esse meis ocu-  
lorum radijs sentirem, ex regione sui oppositi libentissi-  
mè vidi: Iusu tamen Illustris admodum Domini Doct. D.  
Bartholomæi Sanz de Vera, Dignitatis, & Canonici Sanctæ  
Cathedralis Ecclesiæ Oxomensis, & in spiritualibus, & tem-  
poralibus Vicarij Generalis, Officialis, & Provisoris Eccle-  
siastici, Governatoris, & Iudicis Metropolitanj Civitatis,  
& Archiepiscopatus Cesaraugustæ, per Illustrissimum Do-  
minum D. D. Antonium Ibañes de la Riva Herrera, Archie-  
piscopum Cesaraugustanum, &c. Cui simile opus à me, iam  
diù desideratum, nebulam Molinistarum totam terram  
regentem collustrans, inveni, à Iosepho Lopez Ezquerria,  
Presbytero Cantabro Astopolensi elaboratum. Merito luci,  
Lucernæ, & Soli in caliginoso loco coruscantibus com-  
paratum Mysticum hoc Volumen reperio: Cui igitur  
adequabo Lucernam istam, cum in superiorum sphaera  
luminarium collocatam aspiciam? Inter plurima que  
merere cogitavi, tamen ei nomen impono. Africanus  
namque Sol sic effatur: *Opus nostrum, Psalterium nostrum  
est. In ipso Deo altissimo dulciter eius Auctor psallit.*  
*Nam quicumque manibus operatur, bona opera psallit Deo.*  
*Psallit etiam in nomine Domini, quia non excellentiam,  
non nomen, nec propriam querit gloriam: Tunc psallit  
nomine Domini Altissimi* (prosequitur Augustinus) *querent*

b

glo